



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 42. Diversæ Alexandri VII. Constitutiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Sæc. XVII.
A. C. 1664.

§. XLI.

Principum atque Illustrium obitus.

Priorat. l. c.
l. 3. p. 273.

Luctuosum hunc annum fecit Austriae Domui Carolus Josephus Imperatoris Frater rebus humanis exemptus & in cælum die vigesima octava Januarii, ut pie speratur, translatus. Hic optimæ ipsi Princeps ac Passaviensis & Olmucensis Episcopus infirmitate quam anno priori artis medicæ operibus luctatus fuerat, denuo oppressus, dum ad Belgii gubernacula a Rege Hispaniæ destinatus eo ire parat, Lincii nondum emenso decimo quarto ætatis suæ annis decessit, eo majore luctu, quo in tantis totius Augustissimæ Domus Austriacæ spes in solo Leopoldo Cæsare & Archiduce Sigismundo Franciscis utroque inuupto, residua esset. Obiit etiam hoc anno die decima quarta eodem Mensis Francisca Magdalena Caroli Emanuelis II. Sabaudicæ Ducis conjux, ac Gastonis Aurelianensis Ducis Filia, de qua jam supra mentionem fecimus.

§. XLII.

Diversæ Alexandri VII. Constitutiones.

Cum Alexander VII. Papa post libro-^{Sæc. XVII.}
 rum prohibitorum Indices a Con-^{A. C. 1664.}
 cilio Tridentino & Clemente VIII. con-
 cinnatos non modo a S. Romanæ In-
 quisitionis Cardinalibus sed & subse-^{Bull. magn.}
 quentibus summis Pontificibus plures^{Alex. VII.}
 libros fuisse damnatos, nosset, hinc^{Const.}
 consultum censuit, ut novus ederetur
 Index, cui præfati Indices adderentur:
 hanc in rem die quinta Martii edita
 Bulla modum, quo hic Index confi-
 ceretur, præscripsit. Inhibuit insuper
 die vigesimo octavo Maji, ne Fratres
 Minores Tolosani novum Rosarium sub
 titulo S. Francisci inducant, nec tabel-
 lam exponant, in qua B. Virgo det SS.
 Francisco & Claræ Rosarium, nec et-
 iam Sodales Confraternitatis Conce-
 ptionis immaculatæ Virginis supplica-
 tionem in prima Dominica cujuslibet
 Mensis celebrent: Ita nempe Ecclesia
 nunquam approbat devotiones, quæ
 ex æmulationis pruritu ortum trahunt,
 & dissidia necnon hæreticorum ludibria
 generant, aut novitatem supersticiosam
 redolent. Decevit etiam idem Ponti-
 fex, die vigesima octava Junii, ut Fe-
 stum S. Dominici in Neapolitano Regno
 tanquam de Patrono celebretur de Præ-
 cepto, huic decisioni ansam præbuit
 populi Neapolitani Religio erga S. Ja-
 nuarium; cum enim hunc sancto Do-

Sæc. XVII. minico veluti inferiori Patrono pon
A. C. 1664. poni & S. Januario præeminentias de
 cerni peteret, Sacra quidem Congre
 gatio annuit, ne tamen exin devoti
 erga S. Dominicum decrederet, hinc
 ad hujus populi votum Papa ejus fe
 stum pariter servari voluit. Denique
 die vigesima Novembris præcepit, ut
 Superior per se ipsum cum unico soci
 Generalis vero cum duobus pro Visi
 tatione semel tantum in anno, Visita
 tori assistentibus quatuor Monialibu
 earum Monasteria, extra Visitationem
 vero cum facultate Ordinarii ingre
 possit, Confessarius autem absque ne
 cessitate non ingrediatur, nec ibidem
 pernoctare valeat, sed in suo Monast
 rio, vel in æde non contigua Monast
 rio moretur.

§. XLIII.

*Sacrarum Congregationum Deci
 siones.*

Decis. S. **A**d varia dubia subinde proposita
Congr. Rit. quentes reperiuntur Sacrarum Con
Concil. Ec. gregationum Romanarum decisiones.
 primo quidem die decima quarta Ma
 sacra Rituum Congregatio decidit, quæ
 in exequiis unica Crux adhibenda sit in
 lius Ecclesiæ, ad quam Cadaver de
 fertur, nisi Capitulum Cathedralis ve
 Collis